

1310 : BEQUESTS & SETTING OF SLAVES FREE ꝯ MARCO POLO
 suprascripti marci paulo Jtem dimitto marothe nepti mee uxori castelli de amicis
 libras den. ven. ducentas & si ipsa obiret ante me uel antequam reciperet predictas
 libras ducentas tunc uolo quod deuenire debeant in suprascriptum marcum paulo
 uel suos heredes Jtem dimitto blasio gilberto consanguineo meo habitatori in mello
 libras den. ven. viginti quinque tali condicione quod si obiret antequam reciperet
 predictas libras viginti quinque deuenire debeant in suprascriptum marcum paulo
 uel eius heredes Jtem dimitto francolle habitatrici in nigroponte libras den. ven.
 viginti tali condicione quod si obiret antequam reciperet predictas libras viginti
 deuenire debeant in suprascriptum marcum paulo uel eius heredes Jtem dimitto
 manibilie consanguinee mee habitatrici constantinopolis libras den. ven. quin-
 quaginta tali condicione quod si non reciperet predictas libras quinquaginta deuenire
 debeant in suprascriptum marcum paulo uel suos heredes Jtem dimitto flori çane
 matri condam aurie libras den. ven. quinquaginta tali condicione quod si obiret
 antequam reciperet dictas libras quinquaginta deuenire debeant in suprascriptum
 marcum paulo uel suos heredes Jtem Remitto Petro de quartereis quicquid ipse
 michi dare teneretur tempore mortis mee Jtem dimitto leonardo dicto baghadu(?)
 soldos den. grossorum decem & jnsuper remito ei quicquid ipse michi dare teneretur
 Jtem dimitto Martino condam seruitori meo soldos den. grossorum triginta &
 remitto ei soldos sexdecim grossorum quos ei mutuauit pro vno placo emendo
 Jtem dimitto Jacobo seruitori meo libras den. ven. centum Jtem dimitto Anne
 libras den. ven. quinquaginta Jtem dimitto Reni libras den. ven. Centum & stacium
 in caminello paruo ubi fiunt panni Jtem dimitto Marino filio predicte Reni soldos
 den. grossorum viginti Jtem dimitto Marchesine filie predicte Reni soldos den. ven.
 grossorum decem Et Notum fieri uolo omnibus fidelibus xpistianis quod omnes &
 singuli suprascripti & suprascripte & ceteri alij & alie qui & que erant de domo
 nostra quod antequam predictus Nicolaus paulo olim frater meus obiret cum suis
 heredibus sunt liberi & libere & ipsos atque ipsas pro diuino amore & remedio
 animarum nostrarum Ego & predictus Nicolaus paulo olim frater meus liberos &
 liberas fecimus ab omni uinculo seruitutis Et nunc eciam nichilominus ad cautellam
 si neccessarium fuerit reddo eos & eas liberos & liberas, & ipsos atque ipsas liberos
 & liberas in perpetuum cum suis heredibus esse denuncio. Quapropter eos & eas
 comendo deo omnipotenti & tocuis sancte ecclesie deffessoribus, si uero ipsi uel
 ipse ad seruicium predictorum meorum nepotum stare uoluerint quilibet &
 quelibet ipsorum uel ipsarum stare possit ad suum uelle, alioquin faciant sicut
 eis & cuilibet ipsorum utilius uidebitur, Jtem uolo quod omnes mee dimissorie
 quas ordino in hoc meo testamento soluantur ad grossos Jtem Notum fieri uolo
 commissariis meis quod albertus uasmulo habitator constantinopolis michi tenetur